



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XXXVII. Remotio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

X.

Remissio tributorum non nisi principi competit. Non ergo potest curia debitores Reipubl. gratis liberare vel eis tributa remittere. Denique nec à totà civitate nec à personà in dignitate constitutà ob merita & in compensationem servitiorum alicui immunitas concedi potest, nisi medicis & Professoribus à curià. *Perez. C. de Decret. Decur. n. 6. seqq.*

XI.

Qui ad aliquem remittit, ejusdem sententiam approbare videtur, *Bart. in l. non solum. §. si liberationis. num. 7. ff. de liberat. legat. Welenb. lib. 1. conf. 44. num. 71.*

XII.

Remissio non fit ex lucro non percepto, sed ex damno, *Parif. conf. 38. num. 12. vers. preterea in præsenti. vol. 1. ratio*, quia magna est differentia inter eum, qui damnum patitur, & inter eum, qui lucrum non facit, *l. fin. C. de Codicill. Berous conf. 141. num. 4. vers. accedit ad hec. vol. 1. & Hyppol. Riminald. consil. 40. Annis elapsis. n. 35. in fin. vol. 1.*

CAP. XXXVII.
Remotio.

Axioma I.

Remotio prohibitionis ejusdem est juris, ut prohibitio, *Pacian. conf. 142. num. 10. vid. supr. lit. P. cap. Prohibitio.*

II.

Qui potest constituere, potest etiam remove-
re. *c. 12. extr. de heret. Exemplum est in Præfecto prætorio, qui præfides constituere, Pac. in Analys. C. de off. Præf. Prætor. Or. n. 8. & remove-
re potest, l. 3. C. prædict. tit. l. 3. C. de off. Recl. provinc. Hinc varias sæpe subesse causas, per quas ab officio removeri potest, veluti propter negligentiam ex c. cum ad monasterium 6. extr. de stat. Monachor. propter scandalum, cap. de Recloribus 3. extr. de Cler. egror. propter crimen, cap. si Episcopus 7. dist. 50. propter utilitatem, cap. mutationes 7. q. 1. propter senectutem c. petisti. d. q. 1. propter necessitatem d. cap. mutationes. cap. Episcoporum 5. dist. 74. propter levitatem, c. si quis presbyter 7. q. 1. propter ambitionem, c. si quis de ordine. d. q. 1. patet, propter inobedientiam c. cum in magistratu 49. de Elect. & Elect. potest. vid. not. ad Colleg. Jurid. Argent. de de-
curion. eb. ult. Modest. Pistor. 1. consil. 26. Welenb. 6. consil. 260. Langlaüs 7. semest. 18. Berlich. 2. decis. 299.*

III.

Officiales, qui in arte & probitate deficiunt, reprobantur & removeri, iisque immunitates adimi & otiosis munera consueta imponi *l. 2. C. de Profess. & Medic. Inhabilis etiam electus ad officium dejici debet, l. 12. C. de dignit. non tamen removeri potest per eos, qui ejus admissioni interfuerunt vel electioni consenserunt l. 13. §. fin. ff. de Decur. Quare electus tollerandus, si eligentes ignoraverint ejus vilitatem aut non tantam esse putaverint. Secus si igno-*

minia nota sit & nimium l'ceda officio. *Perez. C. de Infam. n. 4. nec aliquis nisi princeps super vilitate officiali objectà cognoscere potest. l. 2. C. de agent. in reb.*

IV.

Ordine moti ad tempus semper per restitutionem pristinum locum recipiunt. Relegati autem, si interea ipsi alius substitutus novam vacantiam expectare tenentur. *Brunneor. ad l. 2. C. de his qui in exilium dati.*

V.

Feudum vel beneficium datum in casum mortis datum etiam censetur in casum, quò praefens possessor removeretur & jure suo privatur. *Perez. C. de primicer. n. 7.*

CAP. XXXVIII.
Remuneratio.

Axioma I.

Remunerare aliquem de Republica bene merentem, est res, quæ pertinet ad publicam utilitatem, *Castrenf. conf. 178. Donatio prædicta in fin. vol. 2. Fulgos. conf. 143. Antonius. col. 2. vers. in oppositum arguitur. Decius conf. 271. In casu transmissio. num. 3. sub vers. ulterius etiam considerandum est. col. 3. & conf. 390. quoniam ex facto num. 10. vers. & primò considerandum est. col. 6. Tiraquel. in l. si unquam. in verb. donatione largitus. num. 40. vers. vigesimo. C. de revoc. donat. Decius conf. 498. Viso casu proposito. num. 25. sub vers. & ista conclusio. col. 7. Grammat. decis. 66. in causa excellentis. num. 3. vers. & quod remunerationis. col. 3. ac est sufficiens ad tollendum jura tertii. l. item si verberatum 15. §. item si forte 2. ff. de rei vind. ubi notatur etiam expresse, quod assignatio rei alienæ facta militibus bene merentibus valeat in præjudicium tertii, idem probatur & in l. Lucius 11. ff. de Evict. ubi dictum est, quod de potestate Principis possint subditorum possessiones distrahi, & veteranis in præmia bonæ servitutis assignari. Vide & Roman. conf. 310. In casu proposito & consultationis.*

II.

Remuneratio est quoddam genus permutationis, *Conf. A. conf. 112. n. 174. lib. 1. præsupponit enim aliqualem obligationem l. 12. §. cum tutor 3. de admin. tut. l. 1. §. sed si §. ff. de rat. distr. cum ad remunerandum hos, à quibus beneficia suscepimus, naturà obligemur. l. sed etsi 25. §. consiluit 11. ff. de pet. hered. Bart. in proam. ff. col. fin. c. cum in officiis 7. de testam. Panorm. in rub. & in cap. per tuas. de donat. & in cap. cum creatura. de celebrat. Missarum. argum. l. si pro patre 10. §. si domini 7. ff. de in rem verso l. si remunerandi 6. l. si vero 12. ff. mandat. Benedict. Curt. Symphor. in Commentar. de arrest. amor. arrest. 8. Covarruvias in caput. quamvis pactum 2. part. prelati §. 4. num. 13. de pact. in 6. adeo ut etiam omnis creatura ex naturæ instinctu moveatur ad beneficiendum ei, qui sibi benefacit, & hujus quidem notabilis affectus mirabilia apud antiquos extant*